

1576.

1308 d. 21 Mars.

Hara.

Hertig ERIKS Stadfästelse på den emellan Birger Petersson och Fru Ragnhild Eggerts af Bralsthorp enka, å egna och hennes barns vägnar, samt Ysar och Konrad, bemålde Eggerts slägtingar, ingångna förlikning i förenämnde tvist.

A. 6. a.

ERICUS dei gracia dux sweorum Vniuersis presentes litteras inspecturis Salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volumus euidenter Quod in presenciam magnifici principis domini Birgeri dei gracia Regis sweorum karissimi fratris nostri et nostra ac aliorum quam plurimum discretorum apud ecclesiam haara dyocesis arusiensis constituti vir nobilis dominus birgerus pætersson et discreta Matrona domina Ragnildis relicta domini eggardi quondam dicti bralsthorp nomine suo et liberorum suorum necnon et Ysarnus ac conradus bralsthorp fratres dicti domini eggardi militis defuncti fratruales, recognouerunt libere coram nobis quod super contractibus in rebus mobilibus et immobilibus quibuscunque inter predictos dominum birgerum pætersson et dominum eggardum militem dum viueret habitis ac alijs omnibus inter eosdem hactenus ventilatis concordantes et vniformes se esse per omnia sunt professi et per assignacionem prediorum per dictum dominum birgerum pætersson liberis ipsius domini eggardi eciam in nostra presenciam factam prout in litteris suis patentibus super hoc confectis plene patet pars quelibet de optento reddidit se contentam, Quare cum singulare et rationabiliter acta potissimum in nostra presenciam teneamur diuini et humani juris intuitu roborare Nos factum huiusmodi approbamus et confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus Prohibentes firmiter et districte nequis pactum hoc impetere vel infringere presumat seu quomodolibet violare sicut graciā nostram conseruare et penam pecuniariam voluerit euitare In cuius rei testimonium sigillum fratris nostri karissimi domini Birgeri dei gracia Regis sweorum et nostrum necnon et nobilium dominorum henrici borgrauij ffulconis jonsson Mathie ketilmundason Et quia dicta domina Ragnildis sigillum proprium non habuit sigillum domini kanuti laghman loco sui vna cum sigillis predictorum presentibus est appensum Datum Anno domini Millesimo CCC° VIII°. in die beati benedicti abbatis loco supradicto.

*På fransidan:* Concordia facta inter dominum B. pætersson et dominam Ragnildim relictam domini Eggardi de bralsthorp et omnes ei attinentes.

Sigillen N:o 1, 3, 7 bortfallna; N:o 2, 4—6 något skadade.